



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 97. Veterum Cardinalium defectio a Gregorio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV.  
A.C. 1408.

§. XCVII.

*Veterum Cardinalium defectio  
a Gregorio.*

Veteres Cardinales novorum Collegarum electione exasperati, acerba in Gregorium indignatione commoti ab illo deficere decernunt. Cum enim Pontifex in pleno consistorio, alios quosdam sacro Collegio adscripturum se pronuntiaret, Cardinalis S. Viti confestim assurgens, elata voce in hæc prorupit verba: Moriamur potius, quam quod tam indignum patiamur facinus; Hæc autem a deo intrepida voce, tamque generose protulit animo, ut ceteros ferme omnes in suam traxerit sententiam. Quia vero Gregorius expresse prohibuerat, ne quis eorum urbe Lucca excederet, aut ipsi absque suo jussu convenirent, id ipsum hoc præceptum, ut suæ salutis fuga consulerent, eos impulit. Leodiensis Cardinalis natione Germanus aliena veste indutus haud procul a Pisis ad parvam quamdam civitatem in ditioe Florentinorum sitam auffugit, cujus præsidiariæ copiæ illum tuebantur, ne in manus equitum incideret, qui jussu Pontificis eum insequerentur, etiam adhibita vi illum ad Papam reducturi. Sex alii Cardinales eodem

dem quoque die Lucca abeuntes, unacum suis famulis Pisis advenerant.

Sæcul. XV.  
A.C. 1408.

§. XCVIII.

*Appellatio Cardinalium ad Concilium.*

Igitur apud Gregorium duntaxat sui quatuor recens creati remanserunt.

Niem. l. 3. c. 32.

Cardinales, cum tribus aliis ex Senioribus, & hi quidem eo solum consilio, ut eum ad saniora reducerent. Ast Pontificem semper flecti nescium experti, brevi ad suos transiere Collegas, qui omnes concordî voto conceptam a se appellationem ad Generale Concilium, Pontifici significabant, cunctosque Christi fideles literis encyclicis de secessu suo certiores reddebant. Hanc suam provocationem tueri existimabant ex eo, quod illis Pontifex sine ipsius venia Lucca urbe abscedere inhibuisset, ejusmodi vero mandatum injustum, ac proin nullum esse declarant, cum absque periculo vitæ, aut carceris (\*) metu ibidem commorari, eis

inte-

(\*) *Continuator in editione Parisiensi An. 1726. quam sequimur, in gallico textu habet: empoisonnez, id est veneno aliquem occidere, sed typi errorem irrepisse, ac emprisonnez, seu carceri*